



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. CXIII. Divina Adversus Impios Sacerdotes vindicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

benè colligit idem Innocent. p. dist. 31. c. nam sicut. cap. si laicus. Hec ergo cogitantes, fratres carissimi, ait S. August. memorato serm. 252. de temp. tam certi & tam sobrii, & tam pacifici ad istud altare Deo auxiliante, studeamus accedere, vt ab illo aeterno altari non mereamur excludi. Qui enim ad istud altare casto corpore & mundo corde, cum munda & secura conscientia venit, ad illud altare, quod in caelis est, felici transmigratioe perueniet.

§. Vnde rectissimè S. Basil. serm. 2. de baptis. c. 2. docet: cum Deus Moyfi præceperit Leu. 21. v. 17. ne quis ex stirpe Aaronis habens maculam accederet ad offerendum dona Deo, tanto scelestiorem & impium magis esse impiorum Sacerdotum offerentium, quanto corpus vnigeniti filii Dei excellentius est arietibus & tauris. Necessarium itaq; semper quidem est, maximè verò tanti actalis mysterii celebrandi tempore, serbare præceptum Apostoli dicentis 2. Cor. 7. v. 1. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientis sanctificationem in timore Dei.

§. S. Chrysost. hom. 60. ad Antiochenos. Quo non oportet esse puriorem, ait, tali fruente sacrificio, quo solari radio non splendidiorem manum carnem hanc diuidentem, os quod igne spiritali repletur, linguam que horrendo nimis sanguine rubescit? Leu. 21. v. 6. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.

C A P. CXIII.

DIVINA ADVERSVS IMPIOS SACERDOTES VINDICTA.

1. Cor. 10. v.

21. Non potestis calicem

Domini bibere & calicem

idoli bibere.

1. Cor. 10. v.

21. Non potestis calicem

Domini bibere & calicem

idoli bibere.

1. Cor. 10. v.

21. Non potestis calicem

Domini bibere & calicem

idoli bibere.

§. Sanctus Gregor, Turonum Pontifex l. i. de gloria Martyr. c. 87. Epachius Presbyter dum temerè quædam ignis erat agere præsumpsisset, diuino iudicio, solo proiectus occubuit.

it. Hic enim dum Dominici natalis vigiliis celebrare Ecclesiam expectisset, per singula horarum momenta egrediebatur e templo Dei, ac in domo sua pocula lasciva spumantibus pateris hauriebat, ita ut affirmarent multi, eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere senatorio, & nullus in vico illo Ricomagensi superius memorato iuxta saculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solennia Missarum expectitur. Nec dubitat miser vino madefactus appetere quod ieiunus quisque non sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum ubi explicitis verbis sacris, confracto corporis Dominici sacramento, & ipse sumpsit & aliis distribuit ad edendum, mox stectus equum hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri particula quam dentibus comminueret non valuit, ab ore proiciens, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit ultra hac epilepsia infirmitate, sed per singulos Lunares cursus incrementis & decrementisque hac semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infelix abstinuit. Seta sæpè sed nunquam non feria Numinis vindicta horrenda impii sacerdotis in scelere & excommunicatione celebrantis mors. Commemoratur hæc in vita S. Eligii Nouiomensis Episcopi conscripta à B. Andono Rhochomagensi Præfule ejus æquali l. 2. c. 25. apud Surium i. Decembr. Quidam presbyter diocesis eius pessime apud vicinos audiebat. Eum Eligius crebro verbis castigans ad sanitatem reuocare non potuit. Cumque mala eius fama latius serperet, beatus vir tamen nefanda audire amplius non sustinens accessit eum ad se, percuntatur de crimine, quod fama vulgasset, xerit Eccles. comiter hortatur ad emendationem & confessionem. Ille prorsus negat se illud admisisse flagitium audacterque pergit excusare se, videlicet plus hominem quam diuinam ultionem reformidans. Eligius sentiens nulla via adduci eum posse ad confessionem, ferit eum anathemate, ut sic publice agat poenitentiam, nec ausus sit ad altare sacrificaturus accedere. Addit minas, si id faciat se seuerius in eum animaduersurum. At ille abscedens, usque minas floccipendens pergit more suo viuere dissolute, atque

Naturale ieiunium ad Eucharistiã summendam necessarium. Quo non ebricitas mortalitatis peccatorum

Stultus ut luna mutatur Eccles. 27. v. 12.

Nemo potest corrigere illum quem Deus displicet. 7 v. 14.

Si fecisti, ne ga, sed in foro feri, non in foro poli. Impius cum in profundâ peccatorum venerit, conuenit Pro. post verb 18 v. 3.

Quis nouit post paucos dies, neglecta beati Episcopi excommunicatione ad
 potestatem ira tua, & altare sacrificium obliturus non veretur accedere. Cumque primas
 pra timorem altaris partes intrepidus attingeret, mox diuinitus percussus, &
 tuo iram tu magno impetu humi prostratus expirauit. Ea re factum est, vt
 am diuine beati viri indignatio magno omnibus terrori esset: dictaque eius
 rane? Psal. oraculi instar haberentur. Vbi autem ille comperit tam horren-
 89 v. 11. dam hominis mortem, valde eum luxit, multisque male uiuenti-
 bus, vt se corrigerent, eius casum proposuit. Huic euen-
 nit quod certus ominator dixit Salomon Prou. 29, v. 1.

Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei
 superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Palladius

Helenaepoleos Episcopus in sua Lausiaca hystoria c.
 bo punitus 20. de S. Macario Alexandrino. Ego, inquit, ad eum
 sacerdos im- accessi aliquando: & inueni extra eius cellam iacentem quen-
 purus sacri- dam vici Presbyterum, cuius caput ita erat exesum à morbo qui
 ficans. dicitur cancer, vt etiam ipsum os totum appareret in vertice. Is
 accessit ad ipsum, vt curaretur: nec eum admittebat ad collo-
 quium. Rogavi autem eum, dicens. Miserere huius miseri: &
 saltem da ei responsum. Is vero mihi respondit dicens. Est in-
 dignus qui curetur, amandata est enim eius disciplina. Quod si
 velis eum curari persuade ei, vt deinceps absteat à ministerio

Impudicos sacerdotum a- sanctorum sacramentorum. Ego autem ei dico. Quamobrem que-
 ternum al- so: is vero dicit: Fornicans sacrum peregit ministerium, & ideo
 tarius sacri- castigatur. Nunc ergo si metu desistat ab eo quod ausus est fa-
 ficio probi- cere per contemptum, Deus ipsum curabit. Postquam ergo di-
 betur. xii ei qui affligebatur, iureiurando est pollicitus se non amplius
 sacrificaturum. Tunc eum accepit, & dixit ei. Credidne esse
 Deum quem nihil latet? Respondet ille. Maximè, rogo te. De-
 inde ei dicit Macarius. Non potuisti Deum illudere. Dicit ille.

Tu fecisti ab Non potui Domine mi. Dicit ei Macarius. Si agnosci tuum
 fconditè ego peccatum, & Dei disciplinam propter quam hac subiisti, corrigi-
 autem faci- tor impostum. Qui confessus est peccatum, & spondit se non
 am in con- amplius peccaturum, neque altari ministraturum, sed sortem lai-
 spectu solis. cam amplexurum. Deinde sic sanctus ei manus imposuit, &
 2. Reg. 12. paucis diebus fuit curatus: capillique ei creuerunt: sanus domum
 8, 12. rediit

rediit Deum glorificans: egit autem magno quoque, Macario gra-
 tias. Thomas Cantipratenus l. 2. Apum. c. 40. part. 6. Quan-
 tum, inquit, peccatum sit indignè conscientium excepta Beati
 Pauli solidissima veritate, 1. Cor. II. v. 27. 28. miraculum
 subsequens demonstrabit. Propè villam in qua natus fuit, Sacer-
 dos lubricus & immundus fuit. Et olim quidem 1. Reg. 21. v. 5.
 cum immundis à mulierib. panem illum legalem sabbati signi-
 ficantè hūc panē viuū, edere non liceret, infelix ille presbyter hūc
 quotidie, polluto ore, sumebat. Et vide vindictam Dei. Os ei circa
 nasum & mentum, & lingua computruit, ita vt vix posset pra-
 factore, ab amicissimis sustineri. Sed & alius in Gallia fuit, vt
 quondam puer audiui, cuius manus in missa super aram exten-
 sa, igne caelesti vsq. ad cubitos combusta sunt & consumpta.
 S. Petri Damiani in luxuriantem Sacerdotem inue-
 ctio, quæ habetur lib. 1. epist. 6. ad Nocolaum II. Ro-
 manum Pontificem. Cur, O Sacerdos, qui sacrum dare,
 hoc est, sacrificium Deo debes offerre, temetipsum prius maligno
 spiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim à
 Christi te membris abscondis, & meretricis corpus efficeris, A-
 postololo restante, qui ait 1. Corinth. 6. v. 16. Qui adheret
 meretrici, vnum corpus efficitur. Et iterum 1. Corint. 6. v. 15.
 Tollam, inquit, membra Christi & faciam membra meretricis?
 Absit. Quid ergo tibi cū corpore Christi, qui per carnis illecebrosæ
 luxuriam membrum factus es Antichristi? Quæ enim conuen-
 tio lucis ad tenebras, aut quæ societas Dei ad Belial? 2. Cor. 6.
 v. 14. 15. Numquid ignoras, Dei filium a deo carnis elegisse
 munditiam, vt ne quidem de pudicitia coniugali, sed de clausu-
 ra potius incarnatus sit virginali? Et ne hoc sufficere videatur, vt
 tantummodo vigro sit Mater, Ecclesia fides est, vt virgo fuerit
 & is, qui simulatus est pater. Si igitur Redemptor noster tan-
 to pere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modo de vir-
 gine vtero nasceretur, sed etiam à Nutricio Virgine tractare-
 tur, & hoc cum adhuc paruulus vagiret in cunis; à quibus
 nunc, obsecro, tractari vult corpus suum, cum iam immensus re-
 gnat in caelis? Si mundis attingi manibus volebat in praesepio
 positus,

Computru-
 runt iumen-
 ta in sterco-
 re suo Iohis.
 1. v. 17.

Impurus Sa-
 cerdos da-
 monis hostia

Indignus
 corpore Chri-
 sti meretricia
 fruens cor-
 pore.

S. Ioseph
 castus.

positus, quantam corpori suo nunc vult adesse munditiam iam in paterna maiestatis gloria sublimatus. Enimvero cum Dominus dicat. Matth. 7. v. 6. Nolite sanctum dare canibus, quod de te iudicium erit, qui corpus tuum, quod vtiq; sanctificatum est, per consecrationis accessum, non canibus, sed lupanaribus tradis? Et cum omnes ecclesiasticos ordines in te vno habeas metuenda moniueros si le congestos, omnes procul dubio sedas, dum te prostibuli permixtione commaculas. Polluis itaq; in te Ostiarium, Lectorem, Exorcistam, omnesq; deinceps sacros ordines, pro quibus omnibus in districto Dei iudicio redditurus es rationem. Ad impositionem manus tue descendit Spiritus sanctus, & tu eam adhibes genitalibus meretricum? Lingua tua obsequitur Deo, & tu non vereris obtemperare demonibus. Porro qui in Ecclesiastica cerneris dignitate conspicuus, non te erubescis immergere fornicibus scortatorum? Et qui predicator constitutus es castissimus non dotatis, non te pudet seruum esse libidinis? Veniet, veniet profectus Rom. 2. cito dies, immo nox, quando libido ista tua vertatur in picem, v. 21. qua se perpetuus ignis in his visceribus inextinguibiliter nutrit, & medullas tuas, simul & ossa indefectiua conflagratione depascat. Qui enim flamma libidinis astuas, qua fronte, qua audacia sacris altaribus appropinquas? Ignoras, quia filii Aseris meretricum non, Nadab videlicet, & Abia, idcirco caelesti sunt igne consumpti, quoniam alienum ignem offerre Domino presumpserunt? Num. 3. v. 4. Levit. 10. v. 1. 2. Altaria quippe Domini non alienum, sed ignem duntaxat diuini amoris accipiunt. Quis igitur carnalis illecebra ignibus astuat, & sacris assistere mysteriis non formidat, illo procul dubio diuina ultionis interim igne consumitur, de quo Scriptura testatur, Hebr. 10. vers. 27. Et nunc ignis aduersarios consumit, Et sicut nunc astuanti luxuria flamma decoquitur, ita postmodum nunquam finiendus atrocis gehenna incendiis, necesse est, comburatur.

Impudicus Sacerdos & mal sacros ordinis contamina.

Qui alium doces, reipsum non dotatis, Rom. 2. cito dies, immo nox, v. 21. Impuritas supplicium. Jerem. 3. v. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit arubescere.